

UNA NUEVA LECITIDACEA COLOMBIANA

POR ARMANDO DUGAND

Grias foetidissima Dugand, sp. nov.

Arbor 6—8 met. alta vel altior, trunco usque ad 100 cm. magnitudinem diametro lato, ligno in sicco ut in vivo foetidissimo, ramis novellis herbaceis crassis, in sicco fistulosis; foliis sessilibus, supremis in apice ramorum crebre approximatis, cernuis, infimis potius alternis, oblanceolato-oblongis, spathulatis, 40—124 cm. longis $\times$ 7—18 cm. latis, longe supra medium amplioribus, superne acuminatis, acumine ipso subabrupto angusto acutoque; deorsum longissime sensimque cuneato-angustatis, limbo usque ad basin secus costam mediam anguste decurrenti; laminis papyraceis vel membranaceis supra in sicco olivaceo-viridibus costa glabra subelevata venis impressis, subtus pallidioribus costa elevata carinato-sulcata ut venis primariis prominentibus minute pubescenti, venulis vix visibilibus sed in foliis junioribus patentioribus; marginibus integris vel remotissime leviterque undulato-serratis.

Racemi ex trunco orti, lignosi, 12—38 cm. longi, passim e cicatricibus prominentibus florum decidentium tecti, apicem versus in parte, ut videtur, juniore, minute cinereo-pubescentes, bracteis cito caducis oblongis concavis 6—9 mm. longis minute cinereo-pubescentibus; pedicellis crasis, clavatis, trigonis, leviter striolatis, 8—18 mm. longis, sub basim calicis crassioribus et hic desinentibus in bracteolas 2 oppositas patulas extus leviter carinatas 5—7.5 mm. longas $\times$ 3—4.5 mm. latas sicut prædictos pedicellos densiuscule minuteque cinereo-pubescentes; sepalâ 4 late ovata obtusa, patentia, rigida, concaviuscula, 6—9 mm. longa $\times$ 5—7 mm. lata, extus densiuscule puberula vel minute cinereo-pubescentia, intus minutissime puberula; petalâ 4 glabra, primum in alabastrum globosum valde imbricata, cito decidua, concava, crassiuscula, oblonga, obtusissima, 18—24 mm. longa $\times$ 11—17 mm. lata, in sicco saltem rigida fuscaque, extus minutissime punctulis microscopicis visis.

Androphorum breve, brevius aut tam breve quam dimidium petalorum, 10—12 mm. diam., appendiculis crebris, quarum eæ, quæ sunt in serie exteriori positæ ad 25 numero longiores et valde introflexæ; interiores vero minores, trigonæ vel subtetragonæ, in sicco fusco-ferrugineæ; stamina creberrima filamentis brevissimis, antheris minutulis bilobulatis, lobulis distinctis rimosisque.

Pyxidium (fig. 1) oblongo-obovatum seu potius in turbinis figuram conformatum, vertice late truncatum et breviter apiculatum, circumferentia subterete, fusco-rufum, ad 10.5 cm. longum et 5.7 cm. latum, paullo sub apicem zonæ calycari linea proxima sepalis 4 remotis trian-

gularibus persistentibusque coronatum; vitta interzonalis brevis; zona superior orbicularis medio breviter umbonato-apiculata; pericarpium spisse carnosum, flavum, 5—10 mm. crassum; endocarpium magnum, oblongum, crasse lignosum et prominentissime longitudinaliter 8-costatum, inter costas c. 3—4 mm. crassum, cavum, monospermum; semen magnum, valde oblongum, cavitati magnitudine accomodatum, c. 7.5 cm. longum $\times$ 2.3—2.9 cm. latum.

Crescit in silvis frondosis humidisque ad ripas fluminis Orteguazæ in regione Caquetæ prope pagum Veneciæ; nomina vernacula: *tokóro* apud Indos Huitotos, *pepeguára* apud incolas Caquetenses.

TYPUS: *Luis Ballera sine num. leg.*: "Comisaría del Caquetá, Venecia, vegas selvosas y húmedas del río Orteguaza, Sept. 30, 1941". Herbario Nacional Colombiano.

Esta nueva especie de *Grias* tiene cierta afinidad con *G. peruviana* Miers, distinguiéndose principalmente por tener racimos florales muy alargados y leñosos, hojas en la generalidad más largas y de márgenes enteras o muy escasamente sinuado-aserradas, de consistencia bastante floja y membranácea, y por la pubescencia que recubre los pedicelos, bracteolas, sépalos y la parte superior del raquis en los racimos. La madera despide un hedor excremental que prevalece aún en los trozos secos por mucho tiempo.




Fig. 1 — *Grias foetidissima* Dugand. Píxido entero y cortado diametralmente, tamaño natural.